



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1657**

§. 178. Dixit ad illos obtulisti mihi hunc hominem quasi avertentem  
populum. v. 14.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45549**

**V**Tinam & Christiani gubernatores & iudices in hoc imitare turpiter  
sidem, hunc Pilatum; ut non suo iudicio particulati ita firmiter in-  
haerent, ut nocenter laepe dimittant corrupti, aut innocentem dan-  
nent ex odio; sed convocarent Magistratus, & si opus est plebem; quorum  
& consilio & auxilio uterentur, ne quod horrendum est, reum damnent  
ad mortem, qui laepo, sepius de crimine alienissimus est; & hanc mihi  
particulari gratiam concedi unicè peto à te, justè judex cordium, & Deus  
meus, ne iudicio iniquo publicè vel privatim damnem innoxium.

§.178. *Dixit ad illos obtulisti mihi hunc hominem quasi avertentem populum v.14.*

Quasi diceret: ego, non invenio veritatem accusationis, etiam post-  
quam rigidè examinatus à me, & ipso Herode Tetracha non emittit averti-  
tisse populum à lege, sed convertisse ad legem: non avertisse à recta ratio-  
ne, sed ad rationem fidei & virtutum omnium, tam exteriorum quam inter-  
iorum non venisse solvere legem, sed adimplere, uti audistis ex ore eius:  
& ipsi vos testimonium tulistis de ipso dicentes: *Magister scimus quia vera  
est & viam Dei in veritate doces.* Ex operibus insuper patet quia circumcidit  
se fecit, in die festo venit ad templum, agnum paschalem comedit & de-  
ligit assidue peregit. Non igitur avertit populum à lege, sed potius edificavit  
verbo & exemplo, quod autem fecerit aliqua miracula in die sabbathi,  
hoc opus pietatis fuit & necessitatis, quæ omni tempore fieri lex non pro-  
hibet. Sed neque in politiam peccavit, nam non prohibuit dari tributa  
Cæsari, sed obedientiam docuit exhibendam Romanorum principi.

Certe Sanctitas & innocentia Domini Iesu magna fuit, quæ ab om-  
nibus adeo approbata est ab ipsis quidem Iudeis, qui falsa quarebant testi-  
monia contra ipsum, vera enim invenire nō poterant, quod vel in legem pec-  
casset, vel Imperij principem: à proditore Iuda, peccavi, inquit, tradens san-  
guinem iustum, ab ipso Pilato sepius, quid enim malifecit & nullam inveni  
eo causam, ab ejus uxore, Nisi tibi & iusto illi, ab Herode, qui illum induit vesti  
alba, induc innocentia, & indemnatum remisit, à titulo superposito Crucis,  
Iesus Rex iudeorum à latrone Crucifixo, *Hic vero nihil maleficit,* à centurione  
Crucifigente, vere filius Dei erat iste, denique ab omnibus Creatoris inani-  
matis, quæ in morte sui Creatoris commotæ sunt.

**O** Iesu Sancte, innocens, impollute, à peccatoribus segregate, da nobis tuam sa-  
craitatem colere, interior & exterior profiteri, & cum sanctis Seraphim  
intonare illud Trisagion, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus, Iesus pax.* O  
Iesus sancte Sanctorum & auctor omnis sanctitatis, amplius tua mea ini-  
quis age mea & à peccato meo munda me, purifica & sanctifica animam meam.

§.179: